

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ornatus q
cum fonte primo

Quid de habitu dicam in quo iam
non calor sed color requiritur, magisque
cultui uestium quam uirtutum insistitur?
Pudet dicere! Vincuntur in suo studio
muliercule quando a monachis precium
affectatur in uestibus non necessitas.

Bernardus super Missus est.

Quid de ipso habitu dicam, in quo iam
non calor, sed color requiritur, magisque
cultui vestium quam virtutum insistitur?
Pudet dicere! Vincuntur in suo studio
mulierculae, quando a monachis pretium
affectatur in vestibus, non necessitas,
nec saltem forma religionis retenta, in
habitu ornari, non armari appetunt
milites Christi, qui dum se praeparare ad
proelium et contra aereas potestates
praetendere paupertatis insigne
debuerant, — quod utique adversarii
valde formidant —, in mollitie
vestimentorum pacis potius praeferentes
indicium, ultro se hostibus sine sanguine
tradunt inermes.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in
laudibus Virginis Matris*, 4, 10 (SBO 4,
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais
eds., p.56, ll.11-19).